

Dissertatio medica inauguralis de dyspepsia / [Patrick Pope].

Contributors

Pope, Patrick, -1840.

Publication/Creation

Edinburgh : J. Moir, 1823.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/n8rry5p7>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

DYSPEPSIA.

DISSERTATIO MEDICA

IN AUGURIS

DE

DYSPESIA

DE

ANATOMIA STOMACHI

ET ASSOCIATAE MEDICINAE ALIMENTI

D. GEORGE BAIRD, ESQ. T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENSIS

EDINBURGH

AD PRIMUM SEPTEMBRIS ANNO DOMINI MDCCCXXXII

ROBERTO CLARKE, PRINTER, IN THE ROYAL COLLEGE STREET

Pro Clario Doctoris

DISSERTATIO MEDICA

IN MEDICINAE HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

AD PRIMUM SEPTEMBRIS ANNO DOMINI

IN AUGURIS

PATRICKUS POPE

EDINBURGH

AD PRIMUM SEPTEMBRIS ANNO DOMINI

DYSPESIA

DE

ANATOMIA STOMACHI

ET ASSOCIATAE MEDICINAE ALIMENTI

DE

AD PRIMUM SEPTEMBRIS ANNO DOMINI

DE

EDINBURGH

AD PRIMUM SEPTEMBRIS ANNO DOMINI

MDCCCXXXII

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
D Y S P E P S I A :
QUAE
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,
D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.
ACADEMIAE EDINBURGENÆ PRÆFECTI,
NECNON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET
NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS ;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

PATRICIUS POPE,

HIBERNUS ;

COLLEG. REG. CHIRURG. LOND. SOCIUS.

NUPERQUE

LEGIONIS QUINQUAGESIMAE SEPTIMAE

CHIRURGUS SECUNDUS.

Quem casus saepe transit, aliquando invenit,
Venienti occurrendum est morbo.—HORAT.

Kalendis Augusti, horâ locoque solitis.

EDINBURGI :

EXCUDEBAT JOANNES MOIR.

MDCCCXXIII.

DISSERTATIO MEDICA

IN AUCTORITATE

DE

DYSPNOEIA

QUAE

CAUSIS ET SYMPTOMATIBUS

ET MODIS TRACTANDI

D. GEORGI BAIRD, S. T. P.

ACADEMIAE MEDICAE EDINBURGENSIS

PRaeside

ANALYSIS SYMPTOMATUM ACADEMIAE CONSENSU ET

UNIVERSITATIS FACULTATIS MEDICAE DECRETUM

Edinburgi

1841

Summae in Medicinae Historiam ac Privilegium

Regni et Universitatis Edinburgensis

ACADEMIAE MEDICAE



PATRICK

1841

EDINBURGH

1841

EDINBURGH

EDINBURGH

ON ACADEMIAE MEDICAE EDINBURGENSIS

EDINBURGH

EDINBURGH

EDINBURGH

EDINBURGH

EDINBURGH

EDINBURGH

EDINBURGH

EDINBURGH

EDINBURGH

EDINBURGH

EDINBURGH

VIRO CELEBERRIMO,
G. J. GUTHRIE, ARMIGERO,
EMERITO
VALETUDINARIORUM IN EXERCITU BRITANNICO
VICE-PRÆFECTO,
 &c. &c. &c.
PROPTER PLURIMA COMMODA PRÆCEPTA
TUM SIBI DATA
IN BELLO NUPERO HISPANICO,
TUM
EX PRÆLECTIONIBUS SCRIPTISQUE EJUS EXIMIIS
DERIVATA:
NECNON,
OB ADMIRATIONEM INGENII ET PERITIÆ,
QUIBUS IN MEDENDI ARTE CONSPICUUS EST,
HOCCE OPUSCULUM,
SUMMA CUM OBSERVANTIA
OFFERT
AUCTOR.

VINO CRISTALLINO

G. J. GUTHRIE, VINO CRISTALLINO

EXTRA

ALCANTARA CRISTALLINO IN CRISTALLINO CRISTALLINO

ALCANTARA CRISTALLINO

EXTRA

JACOPO POTI, D. D.

EXTRA

ALCANTARA CRISTALLINO

EXTRA

ALCANTARA CRISTALLINO

EXTRA

EXTRA

ALCANTARA CRISTALLINO

ALCANTARA CRISTALLINO

ALCANTARA CRISTALLINO

ALCANTARA CRISTALLINO

EXTRA

EXTRA

FRATRI SUO CARISSIMO,

JACOBO POPE, M. D.

HOCCE TESTIMONIUM

SACRUM ESSE VULT

AUCTOR.

“ Sanitas est quando omnes functiones sine molestia, dolore, debi-
“ litate, et cum constantia aliqua fiunt, ergo sanare est impedimen-
“ tum, quod facit, ut functiones non rite peragantur, tollere, id est
“ functionum facultatem restituere; sicut causae et functionum cog-
“ nitio requiritur, ita et remedia inventio hoc ipso fundamento niti
“ debet.

BOERHAAVE.

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
D Y S P E P S I A.

AUCTORE PATRICIO POPE.

PRAEFANDA.

QUAMVIS plerique morbi quibus corpus humanum obnoxium est, magis subito accedunt et graviter hominem afficiunt quam is, quem selegi, de quo in hac inaugurali disputatione scriberem; attamen propter insidiosam oculam variamque ejus naturam, et quia plurimum refert, ut organa tam arcto consensu cum fere omnibus corporis partibus connexa,*

* The Stomach, through the medium of the par-vagus and great intercostals, has demonstrable communication of nerves with every organ, structure, and tissue in the whole body: Still the reason why remote parts often sympathise

quam ea hoc malo laesa rite muneribus suis fungantur, Dyspepsia pro morbo maximi momenti jure habenda est. Dyspepsia praeterea summam medicorum attentionem meretur, non modo ob molesta indicia quae ipsum morbum constituunt, sed quia affectus organorum concoctioni inservientium pro frequentissimâ sunt causa malorum, quae nervosa vocantur, quaeque nostris temporibus usque eo corpora vexant, animosque contristant. Haec mala nervosa procul dubio saepe ab aliis moventur causis praeter male sanam canalis alimentarii conditionem, et fortasse Dyspepsiam excitant non secus atque ab ea saepe excitantur. Sive vero Dyspepsia causa extiterit sive effectus malorum nervosorum, aequè necesse est ut animum ad eandem intendamus; namque, quoties a turbata generis nervosi conditione

more strongly with the stomach, and vice versa, than parts more contiguous and more intimately connected by nerves, remains as yet to be explained. The fact is not the less certain, although the cause is concealed from our view.—

JOHNSON.

orta est, auget et exasperat mala nervosa quae prius vexârunt, et effectus aequè postulat justam medendi rationem ac mala primaria unde originem traxit. Siquis vero dubitat de potestate, quâ male sana canalis alimentarii conditio in totum genus nervosum polleat, ea legat, quae illustrissimus WHYTT olim hujus Academiae decus de ea re scripsit, e cujus opere de malis nervosis edito, pauca hic verbatim Latine proferam: “ Conditio primarum
“ viarum tenera sive earum nervorum sensi-
“ bilitas praeternaturam non modo proclivi-
“ tatem ad multa mala in his partibus dat, sed
“ totum genus nervosum mobilius reddit
“ aptumque ut levissimis causis afficiatur.”
“ Siquando mihi ventriculus et intestina ma-
“ le se habent, et molesto sensu ex flatu affec-
“ ta sunt, non modo totius corporis infirmitas,
“ et demissus animus fit, sed levissimus sonus
“ inopinate auditus aut quidquid tale praeter
“ opinionem accidens, illico sensum mirum
“ circa cor creavit, qui illinc sese extendit ad
“ caput et brachia et minore gradu ad partes
“ corporis inferiores. Aliàs, ubi ventriculus

“ bene se habet, nihil tale oritur etiam a cau-
“ sis quae magis accommodantur ad hos effec-
“ tus praestandos. Ex his jam dictis colligen-
“ dum est animi deliquia, tremores, cordis
“ palpitationes, motus convulsivos et meticulo-
“ sum animum saepe magis attribuenda esse
“ conditioni minus firmæ primarum viarum
“ quam cuivis cordis cerebrive vitio.”* Hujus-
modi est sententia ejus peritissimi medici et
physiologi, quam medici recentiores jam lau-
dare et sequi inceperunt, ex quo curatio affec-
tionum nervosarum hodie melius intelligitur
et saepius felicem exitum habet. Dyspepsia ve-
ronon modo cum morbis nervosis connectitur,
sed cum innumeris aliis malis quibus corpus in-
festatur, in fere nullo quorum ventriculus non
plus minus laborat. Sed nediutius morer de hac
re tantum id afferam quod scripsit vir in me-
dendi arte peritissimus et in functione corporis
de qua agitur, maxime doctus: “ The more

* Vide WHYTT,—“ Observations on the Nature, Causes,
“ and Cure of those Disorders which are commonly called
“ Nervous, Hypochondriac, or Hysterical. Whole Works,”
ad p. 546, 547.

“ we see of disease, we shall, I think, be the
“ more ready to admit that the digestive or-
“ gans form so important a part of the animal
“ system, and are so intimately connected with
“ every part of it, that there is no case in
“ which their state can be disregarded.*

Vitia quae ventriculum male habent et consensus eum inter et reliquum corpus a plerisque scriptoribus medicis exposita sunt, sed vir celeberrimus et accerimus Doctor CULLEN primus ea collegit, et in una definitione eximia comprehendit quam hìc proponam: “ Anor-
“ exia, nausea, vomitus inflatio, ructus, rumi-
“ natio, cardialgia, gastrodynia, pauciora sal-
“ tem vel plura horum simul concurrentia,
“ plerumque cum alvo astricta, et sine alio vel
“ ventriculi ipsius vel aliarum partium morbo.”

* Vide WILSON PHILIP.

SYMPTOMATA.

NULLA aetas, sexus, nec tempestas anni, hoc morbo prorsus esse immunis haberi potest. In quibusdam exemplis prae aliis cum signis pluribus et vehementioribus sed leniter et paulatim plerumque accedit. Incolae fere omnium regionum, ad hoc malum proclives sunt; sed frigidiorum quam calidiorum fortasse magis cum eo conflictantur. In nostra Britannia magis hieme quam aestate et inter viros prae foeminis saevire videtur. Neutri tamen sexui morbus parcit, illosque praecipue invadit, qui rebus dediti sunt quae pro causis excitantibus agunt, ut epulis nimis quae mores inertes noxiosque tum corporis tum animi inducunt. Plurimi tamen sunt, qui quamvis luxuriae non indulgent, constitutionem nihilominus conficiunt modis, qui effectus suos fortasse non minus vehementer, neque plerumque minus certo edunt. Hujusmodi sunt studium nimium, horae intempestivae et defectus illius

exercitationis, et motus musculorum quibus, ad excitationem sanam omnium actionum et functionum cujusque partis corporis, usque adeo opus est. Liceat autem hac de re summi Voschii inculcatam sententiam citare, ipsaque ejus verba transcribere: “ Studiosi sunt ca-
“ chectici, et nunquam bene colorati, propter *de-*
“ *bilitatem digestivae facultatis.*” Accedit ad hoc Ficini sententia, “ quod natura in contempla-
“ tione, cerebro prorsus, cordique intenta, sto-
“ machum heparque destituit; unde ex alimen-
“ tis male coctis, sanguis crassus et niger effici-
“ tur, dum nimio otio membrorum superflui va-
“ pores non exhalent.” Ac si verbis poëtae uti fas est,

“ Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.”

Hic morbus alios alio modo et etiam eundem hominem aliter aliis temporibus afficit. Cum sensu tamen gravitatis et anxietatis circa praecordia, plenitudine injucunda, et molestia post pastum plerumque adoriri observatur. Æger cibum parùm appetit, inertia animi et corporis laborat, acore, flatu et dolore in regione ventriculi cito accedentibus. Vomitus saepè adest et cruda ingesta, subinde materia

acri mista, saepissimè ejiciuntur. Hoc morbo laborantes ructu et sensu ardoris quasi ad imum sternum, haud raro vexantur. In nonnullis, instar animalium qui ruminant, cibus in os iterum conficiendus redit; appetitus interdum voracior est; alvus saepissima tarda, sed aliquando praeter naturam laxa, stercora biliosa, viridescencia, vel lutea dejiciens; urina est limpida et copiosè reddita, sed saepissimè rubra, et sedimentum lateritium demittit. Lingua materia subalbida vel subflava obducitur; sapor pravus simul est in ore dolor aliaque symptomata molesta sunt nonnullis jejunis, aliisque ventriculo pleno. Sensus doloris et molestiae saepè adest faucibus, qui eructationibus foetidis et acribus interdum ingravescit. Pulsus est languidus frequens et saepe abnormis, cutis pallida et sicca, sed halitu aliquando humectatur. Corpus facile frigidum fit, saliva copiose fluit cum siti aliqua. In exemplis gravioribus fastidium est cibi omnigeni, vel si in ventriculum sumptus, protinùs ejicitur. Sed inter ventriculum cerebrum, cor, pulmones, cutem et alias partes

corporis consensus tam insignis intercedit, ut plurima symptomatum quae nominantur Dyspeptica cum affectu Hypochondriaco vel nervoso arcte connectantur. Ex his praecipua sunt dolor et frigus in capite, unam tantum partem interdum afficientia; vertigo, animus demissus et meticulosus, tinnitus aurium, visus hebetudo et caligo, pupillae dilatatae, aliaque symptomata amaurosis. Imagines falsae menti subinde se afferunt, vultus plerumque pallescit, sed interdum, praecipue post cibum sumptum rubescit; cutis aliàs sicca est, aliàs halitu obducta; fit calida et frigida vicissim; pedes et crura quoque sunt frigidissima, pulsus arteriarum potius sunt debiles, parvi et abnormes cum palpitationibus frequentibus cordis; saepe adest dolor et molestia sterni, humerorum et laterum, et decubitus in alterum latus difficilis; lingua et fauces saepe sunt siccae et aridae cum papillis elevatis; uvula et palatum molle, quam in sanitate, saepe sunt flaccidiora, aeger male dormit, somno somniis horrificis, sensu ponderis molesto circa praecordia, et illo affectu saepe cui nomen est incubus, multum impedito, neque raro interrupto.

In broken dreams the image rose
Of varied perils, pains, and woes ;
His steed now flounders in the brake,
Now sinks his barge upon the lake ;
Now, leader of a broken host,
His standards fall---his honour's lost :
Then from my couch may heavenly might
Chase this worst phantom of the night.

Lady of the Lake.

Fastidium quoque summum est exercendi animum vel corpus. Haec sunt symptomata quae Dyspepsiae adesse plerumque observantur. Sed fere omnia horum esse communia aliis morbis, et eorundem symptomatica, observare oportet. Ex his vix necesse est memorare Scirrhum Pylori, Hypochondriasin, Chlorosin, &c. vitia hepatis aliorumque Viscerum et symptomata variam induere formam, utpote his aliisque rebus fortuitis conjuncta.

DIAGNOSIS.

A SCIRRHO Pylori, Morbus, de quo agitur, dignosci potest, symptomatis numerosis, quae illum morbum graviores efficiunt, praeter signa concoctionis pravae ciborum. Haec sunt

ardor, dolor, et molestia praecipuè ad ostium pyloricum ventriculi relata, cum dolore sub pressu in illa parte. Durities quoque saepe ibidem percipitur, quae cum dolore paulo altius surgit post cibum sumptum propter pylori elevationem; distentio et flatus, vomitus vehemens certo spatio incidens post pastum, duabus plerumque horis prius elapsis; sitis molesta, inquietudo et anxietas cum viribus multum prostratis, pervigilia, pulsu celeri et contracto, nonnunquam fluxu alvi gravi. Morbo ad Carcinoma pergente, omnia signa supra dicta ingravescunt, et illis febris hectica adjicitur.

Ab Hypochondriasi Dyspepsia internosci potest, quia in illa signa animi magnopere tristitia affecti insigniora sunt, et in hominibus temperamenti melancholici illisque accidit qui aetatem florentem transierunt, prae junioribus temperamento sanguineo praeditis, et illis qui ad Podagram et affectus calculosos sunt proclives, quos Dyspepsia saepius adoritur.

A Chlorosi sensu gravitatis et molestia circa lumbos, fluxu menstruorum impedito et quoque aetate aegrae distinguitur. A vitiis Hepatis aliorumque viscerum sensus molestiae et

doloris conditio et aspectus dejectionum, cum aliis indiciis comitantibus, hunc morbum discernunt.

CAUSÆ.

DYSPEPSIÆ causae ad duo capita redigi possunt, quorum alterum eas complectitur causas quae proxime ventriculum alteraque organa concoctioni inservientia afficiunt; alterum eas quae totum perturbant corpus, cujus affectûs ventriculus particeps factus plerumque praecipue laborat. Ex causis proxime ventriculum afficientibus praecipuae sunt aliena cibi potusque genera, substantiaeque nocivae in ventriculum receptae: hujusmodi sunt nimia copia alicujus cibi, durae, aeres, oleosae nimiumque conditiae materiae, liquores tepidi, ut Thea, Coffea, nimia copia sumpti, acidi liquoris, vinosi aut ex Alcohole confecti, usus quotidianus praeterea Nicotianae Tabaci, sive mandendo sive fumi pulverisque formâ. Abstinencia nimia et inedia diuturnior tum ventriculum tum totum corpus nocent.

Causae alterius generis quae concoctionem impediunt, ob totum corpus affectum sunt vita iners vel sedentaria quâ fibrae musculosae et facultates animi non exercentur; vel contra, debilitas quotidiana ob studium nimium, coetu jucundo igitur neglecto; ob affectus animi vehementes praecipuè deprimentes, ut metum, anxietatem, et venerem nimiam et musculos nimis exercitos. Sed fortasse longè frequentissimae posterioris generis causarum sunt horae intempestivae, et abusus liquorum ex alcohole confectorum qui toti corpori pariter ac ventriculo obsunt.

PROGNOSIS.

DYSPEPSIA rarò fit lethalis, nisi diu perstans summum totius corporis marcorem, atque debilitatem infert, et sic in Hydropem aliosve morbos, desinit, aut nisi cum aliis malis ab initio conjuncta est quorum tantummodo symptomata fuit.

Cum morte finitur, indicia morbida, cadavere secto, in ventriculo ipso, praecipue juxta par-

tem ejus pyloricam conspiciuntur. Haec sunt scirrhus vel contractio hujus, vel viscerum chylopoeticorum, aliorumve cum his connexorum obstructions aut structura vitiata.

RATIO MEDENDI.

SUB quacunque forma morbus se offerat, imprimis praecipiendum est ut omnia, quae fundamentum jecerint, evitentur, secundo ut signa, quae perstant et morbum augent, leventur, ultimo ut organis debilitatis, robur et actionem solitam restituamus; et hoc modo causam, quae plerumque nominatur proxima, corrigamus vel tollamus.

Ad has indicationes diversas levaminis, vel medendi implendas, imprimis oportet aegrum habere sibi persuasum quam necesse sit ut ipse alium modum vivendi sumeret, et medicum illum monere, nullum, hoc omisso, levamen in praesentiam, nec salutem perfectam in posterum expectandam esse. Studium nimium et diuturnum exercitationi quotidianae ambulationis vel equitationis et colloquiis jucundis

cedere oporet. Haec ultima summi sunt momenti. Cum morbus ex domo arcta et moribus pravis oppidi pendere videtur, mutatio morum et loci cum aëre puro ferè prorsùs fit necessaria. Modo simili, pro cibo pleno et lauto, diaeta simplex, et potus modicus sumenda sunt. Observare tamen liceat, habitus priores non nimis subito esse exuendos nec abstinentiam convenire rigidiorē; ex quibus ingens saepe oritur periculum.

Nicotiana quomodocunque nimium usurpata Dyspepsiam augere, vel causa ejusdem saepe existere putatur. Hanc nihilominus ex toto relictam effectus periculosi sequantur.

Reperi, inquit CULLENUS celeberrimus, omnia symptomata Dyspepsiae inducta usu pulveris Nicotianae, et imprimis dolores ventriculi quotidie accedentes. Haec ab usu pulveris Nicotianae pendere ideo manifestum evasit, quòd hoc per aliquot dies, quodam casu, omisso, dolores non reversi sunt, sed eodem iterum usurpato, mala quoque accesserunt: et hac alternatione dolorum ventriculi et usûs Nicotianae iterum facta, pulvis ejus prorsus omisus fuit, et dolores per menses plurimos se-

quentes, et quantum mihi notum est, per reliquam vitam, non infestarunt.

Quaecunque sint regulae victûs quibus Dyspeptici utuntur, attentio summa danda est, ut inter cibos, qui ventriculo insident illosque, qui eundem laedunt, discrimen fieret; nihil enim morbosum quam ventriculus magis est inconstans, quia plurimae causae diversae totidem varietates regiminis fortasse postulent.

Quia ventriculus rebus crudis et acidis saepe opprimitur, Emeticum haud raro prodest; sed hoc non saepiùs usurpari debet, quoniam effectus pro tempore tantum durant, et ventriculum debilitare possunt, et quia, morbo progrediente, idem consilium medicamentis leniter aperientibus, cibo leni et facili concoctu, calidisque tonicis meliùs et diutiùs impleri potest.

Ad flatum corrigendum ad multa cardiacarum confugiendum est. Inter haec enumeram licet, Origanum, Rorem-marinum officinale, Lavandulam Spicam, Mentham Pulegium, et Mentham Piperitam, omnium quorum aroma foliis vel calicibus praecipuè inest. Ordo "umbellatae" varietatem quoque

praebet, et Aroma quorundam ex his, ut Coriandri sativi, Pimpinellae Anisi et Anethi valde est jucundum. His adjici possunt plurima Aromatum e regionibus calidis sub formis maximè diversis, ut corticum, radicum, baccarum, siliquarum et seminum, advecta, sed praecipue Zingiber, Caryophylli, Cardamomum, Laurus Cinnamomum, Myrtus Pimenta, Piper et Capsicum. Posterioribus plus virium stimulantium quam prioribus inest, et multa eorum nomen Cardiacarum merentur, hinc actione aucta cordis et arteriarum, non pariter conveniant, sed illa languescente, prioribus praestant.

Ad acorem corrigendum, aqua calcis, aquae alkalinae acidulae, et terrae absorbentes usurpandae sunt. Hoc consilio Magnesia summis laudibus effertur.* In nonnullis exemplis pertinacissimis, sed ex proclivitate diuturna ad fermentationem acetosam pendentibus, Magnesia ad unciam quotidie exhibita sanitatem restituit, et in omnibus exemplis constipationi

* Dr WATSON'S Communications, Med. Obs. Vol. III.

alvi aequè ac acori ventriculi occurit, et in canali intestinorum, quam terrae calcareae, minus proclivis est ad se coacervandam. Illi generi concretionum in renibus quae a principio acido oriuntur validissime obstare quoque existimatur.

Eructationes quae in Dyspepsia eveniunt saepè sunt natura composita, et non semper acidae, sed saporem praebent ingratissimum, et spiritui odorem gasis Hydrogenii carbureti, vel ovorum putridorum impertiunt. Rebus sic se habentibus acida usurpari possunt, quia haec non solum foetorem corrigere sed ventriculum etiam fortasse roborare queunt. Ex acidis mineralibus Sulphuricum pro medicamento usurpatum longè est jucundissimum; sed pro potu acidulato, optimè conveniunt acidum citricum, aceticum, et oxalicum: Supertartras Potassae, quoque tum grata tum utilis reperitur, aqua picis cum commodo adhibita fuit. Ob dotes bene cognitae corrigentes carbonis ligni, in terra continente praecipuè, in his et alteris morbis internis cum fructu usurpatus est;

pulvis e granis decem ad scrupulum praecipitur.

Attentio summa ad alvum astrictam, quae hoc malo plerumque adest, necessaria fit; et ad eam submovendam motus peristalticus intestinorum medicamentis lenibus potius quam acribus sollicitari debet. Rheum Palmatum cum aliquo aromatico conjunctum, utpote viribus aperientibus et tonicis pollens proderit; si quandò tamen alvus tardissima est, ad purgantia validiora confugere opus erit; Aloë vel per se vel cum Rheo aut Myrrha conjuncta et in massam cum sapone confecta bene respondet. Haec ipsa præaperiente Dyspepticiis utilissima erit; Scammonia quoque et extractum Colocynthis usurpentur. Ipecacuanha in dosibus parvis in hoc affectu quoque praecepta fuit.* Pilula Hydrargyri et Calomelas vel sola vel cum aliquo e purgantibus drasticis jam dictis conjuncta, ubi Dyspepsia cum conditione morbida Pylori, Hepatis vel viscerum vicinorum conjungi videtur, maximam leva-

* DAUBENTON'S Observations on Dyspepsia.

minis spem praebet. In exemplo priore Bismuthum haud sine commodo, ut apparebat, sumebatur.

Ob effectus debilitantes qui stimulantia sequi bene cogniti sunt, haec, nisi symptomata, ut dolor subitus vel spasmus urget, haud saepè usurpanda sunt. Hoc consilio Æther Sulphuricus vel Aromaticus, aut aqua Ammoniae aut spiritus Myrrhae in dosi Guttarum viginti ad viginti quinque, profuit. Pari causa cum Dyspepsiae adest Diathesis Hypochondriaca, vel Hysterica, stimulantibus validioribus opus erit. Hujusmodi sunt Assafoetida, Aliacea, Aromatica, Spicea, etiam Capsicum quod ad flatum, victu ex vegetabilibus confecto inducitur, levandum viribus praestantissimis pollet; quam alia piperata quoque ad dolorem capitis inducendum minus est proclive. Ad Cardialgiam et vomitum tollendum frictio cum vel sine substantiis stimulantibus ad regionem ventriculi admota est, quoque vesicatoria commode usurpata sunt. Ut robur ventriculo restituatur, jactura cujus causa praecipua et proxima est morbi perstantis, talibus remediis,

qualia hoc organum statim afficere existimantur, et quoque per vires suas constitutioni generali prosint, oportet.

Medicamenta quae huic consilio optimè conveniunt, amara* sunt et astringentia cum aromaticis conjuncta, et quoque Cinchona, acida Mineralia et Chalybeata. Ex Amaris Medicamentis sequentia simplicia seligere possumus: Quassiam, Gentianam, Anthemidem nobilem, Columbam, quovis ex salibus alcalinis, pro re nata, addito. Rataniae Radix, utpote dotes medicamenti tonici et amari jucundi conjungens, et cortici Peruviano praestare habita, pariter laudata fuit.†

Cascarilla usum posterioris quoque superseedere dicitur.

Plurimae ex his substantiis sub forma tincturae aromaticae ventriculis eorundem aegrorum melius convenire reperientur. Chalybeata sub formis diversis suis tonica et astringentia utilia evadere observata sunt. Sulphas Zinci et quaedam ex acidis mineralibus eodem

* Haec Medicamenta diu usurpata tono ventriculi, CULLENO testante, obesse existimantur.

† Dr Reece.

consilio in usum venerunt. Fontes diversi minerales Pyrmonti, Buxtoniae,* Bathoniae, Seltzer, et Cheltenhami, in omnibus his affectibus ex debilitate et functionibus vitiatis pendentibus, a quibusdam laudati sunt, sed, me judice, plurimum commodi ad haec relati, mutationi scenae aëri puro, et exercitationi subdivo, tribuendum est.

Usus illarum aquarum mineralium quibus insunt impregnationes sulphurosae in affectibus chronicis ventriculi et quoque viscerum fere omnium chylopoeticorum Doctor ARMSTRONG magnopere laudati.

“Sed vitam faciunt balnea.”

Balneum calidum, tepidum, et frigidum frictionibus additis, secundum res singulas et peculiares quae usum eorum suggerunt, auxilia utilissima invenientur.

“Medicamentum est omne, quod aegrotans corpus sic mutat, ut ex aegro fiat sanum.”—BOER.

* Dr SAUNDER's de Aquis Mineralibus.

Ad summam tantum dicam pleraque ex medicamentis supra dictis, genere purgantium fortassa excepto, levamen pro tempore solum praebere vel ad symptomata urgentia lenienda inservire et parum auxiliari sine religiosolegum *Hygeiae* cultu,* ut, horis tempestivis, diaeta leni et, facili concoctu tempore quo decet sumpta, et cujus cibus modo simplice coctus aliquam partem constituere debet. Paucae buccae carnis, assae vel elixae pro jentaculo sumptae ventriculis aliquorum Dyspepticorum probe convenire repertae sunt. Panis probe confectus et potius vetus quoque utilior est, et si vegetabilia sumuntur, haec quam minimè esse ascescentia oportet. Ventriculus quibusdam debilibus et habitibus mollibus, nonnihil vini concedere liceat. Praeter haec vix opus est ut adjiciam vestitum calidum et indusium laneum, tempestate anni frigidioris induendum ; ut

* “ Praestat argento superatque fulvum

“ Sanitas aurum, superatque censum

“ Quamvis ingentem, validaeque vires

“ Omnia prestant.”

extremities inferiores satis calidae servantur, summi quoque est momenti. Poculum aquae calidae hora somni vel manè sumptum alvo tardae convenire invenitur. Hoc remedium Simplex, ut opinor, dignum est quod a Dyspepticiis experiatur. Idem sub forma enematis subinde admotum, quoque prodest.

Aqua avenacea et similia generis farinacei, lac butyrum, et fructus pulposus, partem diaetae utilissimam constituent, et, ut purgantia minus sint necessaria, saepe efficient.

FINIS.

ERRATA.

- P. 8. l. 6. *pro* saepissima, *lege* saepissime
10. l. 3. *pro* symptomatis, *lege* symptomatibus
15. l. 1. *pro* oporet, *lege* oportet
--- l. 6. *pro* sumenda, *lege* sumendi
16. l. 5. *pro* enumeram, *lege* enumerem
19. l. 5. *pro* Calomelas, *lege* Calomelanos
20. l. 13. *pro* laudati, *lege* laudavit.

AMERICAN MUSEUM OF NATURAL HISTORY
NEW YORK

D. GEORGE BAIRD, ESQ.

ACADEMY OF NATURAL SCIENCES, PHILADELPHIA

1. 8. 1. 6. *proserpinaca*, legs. *capitata*
10. 1. 3. *proserpinaca*, legs. *capitata*
12. 1. 1. *proserpinaca*, legs. *capitata*
14. 1. 6. *proserpinaca*, legs. *capitata*
16. 1. 5. *proserpinaca*, legs. *capitata*
18. 1. 5. *proserpinaca*, legs. *capitata*
20. 1. 5. *proserpinaca*, legs. *capitata*

EXAMINED IN MUSEUM OF NATURAL HISTORY, PHILADELPHIA
WITH MY EXCELLENT OBSERVATIONS